



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

176. Divitis cura in inferno de fratribus suis vivis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



## MEDITATIO CLXXV.

*Divitis tormenta, & Lazari  
solatia.*

I. **E** Levans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. *Luc. 16. v. 23. & 24.*

II. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. *Luc. 16. v. 25.*

III. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. *Luc. 16. v. 26.*

## MEDITATIO CXXLVI.

*Divitis cura in inferno de fratribus  
suis & suis.*

I. **E**T ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim



nam quinque fratres: ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

*Luc. 16. v. 27. & 28.*

II. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. *Luc. 16. v. 29. 30.*

III. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. *Luc. 16. v. 31.*

## MEDITATIO CLXXVII.

*Parabola XXIV. Iniqui iudicis & Vidua.*

I. Dicebat Iesus & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. *Luc. 18. Vers. 1. & 2.*

II. Vidua autem quaedam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. *Luc. 18. v. 3. & 4.*

III. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor,

ta-